Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Januarius

ligatus est ad stipitem et a militibus sagittatus. Sagitte
vero eum non tangebant sed circa eum pendebant in aere. Postea
custoditur illa nocte ne christiani eum furarentur. Altera die impe
rator cum septem militibus venit ad eum dicens: Ubi modo est
deus tuus, et mox una sagitta de aere recidit et impera
tori unum oculum eruit. Ipse vero sanctus martir decollatus est. Et
cum decollaretur dixit: Afferte de meo sanguine imperatori
ut liniat oculum suum, quo facto visum recepit. Sanctus vero
caput suum post pedes tulit ac traxit in locum ubi nunc
quiescit. Ubi inter lxx annis cecus audito miraculo de
regis oculo ad sepulchrum martiris sanatus est.

e po Sancti Policarpi qui fuit discipulus sancti Johannis apostoli, qui fecit 26
eum patriarcham totius Asie et commisit ei septem ecclesias
in Asia. Hic creditur fuisse ille iuvenis quem sanctus Johannes
sub deposito cuidam episcopo commendavit, qui postmodum
princeps latronum factus, in propria persona requisivit et
ipsum ad viam priorem reduxit. Cui cum tyrannus presentat quod ei
totam Asiam commisit, hic cum urgeretur ad negandum Christum
et ut in eum convicia diceret, respondit: Septuaginta annos
et amplius ei servivi et numquam me nocuit, quomodo possem
dominum meum negare. Cui igne precinctus non est lesus
sed ignis se clibanum circa corpus eius se expandit et ipse
in medio ignis laudavit deum. Ad hec vero unus tortorum gla
dio eum vulneravit, et de eius sacro sanguine copiose
fluente focus totus qui magnus valde fuit extinctus
fuit, et a fidelibus circumstantibus visa est anima eius quasi
columba in celum ferri.

f no Sancti Johannis Crisostomi, qui verbo ac exemplo mirifice 27
profuit fidei christiane et multos libros ecclesie valde
utiles scripsit, cui dyabolus invidens incaustum evertit.
Sed vir dei pennam ori intingens aureas litteras scripsit.

7